Paris. Bibliotheca dicta de l'Arsenal. Mss. Hist. latine, n° 6.

Codex chartaceus, 423 foliis consistens, duobus columnis conscriptus, XV^{mo} sæculo ~~separatus~~ finiente. In quo sequentia continentur opera, in indice prima pagina voluminis ~~cujus~~ scripto, indicata:

2ª pars cronice Eusebio Cesariensi falso adscripte, cujus prima pars in alio ejusdem bibliothecae codice asservatur. — F. 1.

Historia Romanorum Eutropii et continuatorum. — F. 84.

Tabula super cronica sive cosmidromio domini Gobelini decani f. 243.

Cronica sive cosmidromius ejusdem Gobelini. — F. 284.

Tractatus de primaria fundatione civitatis Coloniensis et ejusdem pontificibus, ex diversis collectus. — F. 401.

In facie interiori prioris hujusce voluminis asseris reperitur cartam pergameno conscriptam, 20ª die marcii anni 1400 datam, quâ quoddam privilegium personale ~~A~~ Johanni de Zyrn, oppidano Coloniensi, concedit Franciscus tituli Sancte Suzanne presbiter cardinalis.

Totum volumen una eademque manu conscriptum est, ad cujus finem adjuncta fuit haec adnotatio:

« Collecta sunt prescripta ex diversis undique repertis per quendam virum et fratrem religiosum ad instanciam cujusdam honorabilis viri Coloniensis, pro tempore in consilio dicto sancte urbis Coloniensis presidentis. Nomen vero ipsius ut scriptum sit in libro vite exoro, imo pro presenti subticeo. »